



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum Nativitatis B.V. Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](#)

FESTUM  
NATIVITATIS  
B. V. MARIAE.

THESIS I. Nativitas est hodie Sanctæ MARIAE Virginis. Eccles. in Laudib. Certabant inter se Sæcula (40.) quodnam MARIAE ortu gloria-  
retrur. S. Damasc. Orat. de Nativ.  
Virg. Certè omnes Mundi Ætatea  
prætensiones suas argumentis non le-  
vibus fundabant, & quidem I. Prima  
Ætas, quæ illam in terra illa virgine,  
nunquam maledicta, nunquam semina-  
ta, & tamen Divinitus fœcunda, item  
in illo Paradiso, & arbore Vitæ &c.  
præfigurabat. II. Secunda Ætas, quæ  
illam in Arca Noëtica, Columba, &  
Iride præsignabat. III. Tertia Ætas,  
quæ illam in Sara, Rebecca, Lia, Ra-  
chele præmonstrabat. IV. Quarta  
Ætas, quæ illam in Arca Testamenti,  
Virga Aaronis, Stella Jacob, Vellere  
Gedeonis, Rubo Moysis adumbrabat.  
V. Quinta Ætas, quæ illam in Throno

San

I 2

Salomonis , & Templo designabat:  
Non sicut tale Solium in universis Regni.  
2. Paral. 9. VI. Sexta Etas alias in-  
felicitissima facta est gloriosissima Orris  
Auroræ , quæ nobis peperit Lucem,  
quæ illuminat omnem hominem ve-  
nientem in hunc Mundum. Tanta  
molis erat Negotium omnium Sæculorum  
parturire. S. Bern. serm. 2. de Annus.  
Vocat etiam S. Bernardus serm. 2. de  
Pentec. B. Virginem: Negotium omnium  
Sæculorum. Joseph. Salicetii S. J. in  
Mariali Theorico & Practico.

Quomodo  
hoc festum  
celebran-  
dum?

THESES II. In Nativitate ejus  
gaudebunt. Luc. 1. v. 14. Diem  
Natalem celebrandi consuetudo apud  
Gentiles recepta in celebratione Nati-  
vitis B. V. sanctificatur. Festivus  
autem apparatus apud eos in eo erat.  
I. Quod candida veste tota familia in-  
dueretur. II. Quod liberalis Bene-  
centia Plebi exhiberetur. III. Quod  
Solennes Plausus , Gratulationes, Pro-  
gnostica & Carmina Natalizanti offer-  
rentur. IV. Quod Convivia , & Sal-  
lus inter amicos instituerentur. Hæc  
si in pia opera convertantur scilicet Pe-  
nitentiam, Eleemosinam, varias virtu-  
tes,

tes, Communionem &c. ritè Nativitas B. V. celebratur.

THEISIS III. *Liber Generationis. Liber.*  
Math. I. v. 1. Varios libros nobis  
porrigit Deus; Nā Liber est I. Mundus.  
II. Lex scripta. III. Christus. IV.  
Deipara. V. Conscientia. VI. Li-  
beri Vita. *Math. Faber in Feste Concept.*  
*B. V. Conc. I.*

THEISIS IV. *Beatam me dicent. Cultus.*  
Luc. I. v. 48. Cultus Deiparæ com-  
probatur omnium Suffragijs. I. A  
Deo, II. Ab Angelis. III. Ab Eccle-  
sia. IV. A Sanctis. V. Ab Infidel-  
bus, & Hæreticis. VI. à Creaturis  
insensibilibus. *Faber hic Conc. 7.*

THEISIS V. *Nativitas tua Dei Nativitas*  
Genitrix Virgo gaudium annunciat Uni-  
verso Mundo. Eccles. Scilicet I. Mun-  
do Archetypo. II. Mundo Angelico.  
III. Mundo Parvo. *Vide Indicem Ray-*  
*naudi Concionatorium super hoc Feste.*

THEISIS VI. *Nativitas gloriose Honoris,*  
Virginis. Eccles. in Laud. Nativi-  
tas ejus fuit dies honoris, dies gaudij,  
dies terroris. I. Dies Honoris & Glo-  
riæ,

riæ, respectu MARIÆ. II. dies Gau-

dij & Læticia, respectu hominum. III.

**Terrifica.**

Dies Terroris & Tristitiae respectu Dœ-

monum, quibus fuit fatalis. Las-

ve tom. 4. de Sanctis.

**Quintup-**

**plex.** THESIS VII. Nativitas gloriæ Virginis. . . clara ex Stirpe David. Eccles. Quintuplex Nativitas est, scilicet: I. Nativitas Culpe, hæc est in Utero. II. Nativitas Naturæ; hæc est ex Utero. III. Nativitas Divinitatæ; hæc est in Evangelio. IV. Nativitas Gratiae; hæc est in Baptismo. V. Nativitas Glorie; hæc erit in Iudicio. Hugo Card. super Sap. c. 4.


**Nomen B.**  
v.

THESIS VIII. Nomen Virginis MARIÆ. Luc. 1. v. 27. Quinque sunt litteræ Nominis MARIÆ, quæ hæc significant: M. Mater Universorum. A. Arca Thesaurorum. R. Regula Viatorum. I. Iaculum Inimicorum. A. Advocata Peccatorum. S. Antonin. p. 4. tit. 15. c. 14. §. 3.

**Dies Na-**

**talis.** THESIS IX. Beatam me dicent omnes generationes. Luc. 1. v. 48. Natus Beatæ Virginis fuit fatalis Daemoni; & quidem merito; non item fa-

pe alijs; sic in die Natalitio occisus est  
Sedecias à Nabuchodnosor, Joannes  
ab Herode, Judas ab Antiocho, Pistor  
à Pharaone, Hugo Card. super Gen. c.  
40.



## FESTUM S. MATTHÆI Ap.

THESES I. *Vidit hominem seden. Telonium.*  
*tem in telonio.* Matth. 9. v. 9. Ex  
Telonario facere Apostolum videtur  
paradoxum: multò majus, ex Aposto-  
lo facere Telonarium, utrumque præ-  
stítit Christus in Matthæo, faciendo  
ex Telonario Mundi Apostolum, &  
Telonarium Dei,

THESES II. *Matthæum nomine. Laus.*  
March. 9. v. 9. S. Matthæus fuit I.  
Apostolus, II. Evangelista, III.  
Martyr. *Graſsez in diano Sanctorum*  
*hoc festo.*

THESES III. *Matthæum nomine. Laus.*  
I 4 Matth.